Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



61

Saluum me fac de ore leonis, leo : populus iudaicus propter fortitudinem malitiae suae;
Et a cornib; unicornuorum humilitatem meam. Unicornis ipse populus iudaicus
intellegitur; Qui unum cornu habet id est unam legem; Unde uenit labor omnes gentes ante praeuaricationem illorum; Et a cornibus unicornuorum humilitatem meam. A satellitib; satanae. per quos homines singulariter in superbia exaltant.
Usq: hic de passione dixit iam de resurrectione loquitur. Cum dicit; Narrabo nomen tuum fratribus meis. Uox xpi fris apostolis postquam resurrexit utrip se ait; Iite nunciate fratribus meis ut eant in galileam ibi me uidebunt; In medio ecclesiae laudabo te. hoc est in unitate ecclesiae. In medio credentium populorum laudabo te. predicabo te. Qui timetis dnm laudate eum. Qui timetis dnm omnes sei timore sco illustrent; Laudate eum. uniuersum semen iacob magnificate eum. id est populus minor supplantatore seruiorum magnificate illum xpianorum utique semen cui seruit maior; Timete eum omnis semen israel hoc est omnes uidentes dm. qui renati per baptismum uidetis mente dm qm non spreuit neque despexit deprcationem pauperum meam qui pro uobis factus sum pauper uel per xpianos non spreuit sed exaudiuit; Neque auertit faciem suam a me. sed suscitauit me a mortuis; Et cum clamarem ad eum exaudiuit me; Respondens et clarificaui. et iterum clarificabo. Xpus exaudi tus est in passione et ecclesia in tribulatione, A patre laus mihi id est xpus apud patrem uitdixit; Ego et pater unum sumus. A patre laus mihi in ecclesia magna. quae per omnem orbem terrarum credulitate diffusa est.
Uota mea dno reddam coram timentibus eum; Uota xpi natiuitas uel passio.
Uota ecclesiae opera bona uel misterium corporis hac sanguinis mei. Offerunt cum his qui ueri timore hec celebrant; Edent pauperes et saturabuntur pauperes apti edunt corpus xpi; Laudabunt dnm qui requirunt eum per fidem et opera cognoscentes. quod ipse est panis uiuus. quod de celo discendit. Uiuit cor dae eorum in sctm sct. et a animae ipsorum sine fine qua qui manducauerit ex hoc pane uiuit In eo spiritales sensus In sempiternum;
Reminiscentur et conuertentur ad dnm omnes fines terre hoc est fecit dns dis populo xpiano ut recordarentur eum et reuertantur de suis uiis pruis;
Omnis multitudo gentium recognoscunt se In tenebris In uolutos. Id est accedunt ut in luminentur. et adorabunt In conspectu eius uniuersae familiae gentium. et hic adorant et in futuro, Quia iuxta apostolum ipsi flectent omne genu; Qm dni est regnum et ipse dominabitur gentium; Regnum diabuli cecidit et regnum xpi aduenit